



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De gemina processione Spiritus sancti temporali & æterna. A. B. C.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

est aut genitum, aut factum. Atq; in diuisionis huius prosecutione, in assignatione ingeniti, vbiq; ponit non natum.

QVOD GEMINA EST PROCESSIONO SPIRITVS SANCTI.

DISTINCT. XIV.

A

PTAETEREA diligēter adnotandum est, quod gemina est processio Spiritus sancti: eterna videlicet, quæ ineffabilis est, qua à patre & filio eternaliter & sine tēpore processit: & temporalis, qua à patre & filio ad sanctificandā creaturā procedit. Et sicut ab æterno cōmuniter ac simul, pcedit à patre & filio, ita & in tempore cōmuniter, & simul ab vtroq; procedit ad creaturam, non diuisum à patre in filium, & à filio ad creaturam. Vnde Aug. in 15. libr. de Trin. ait, Spiritus sanctus non de patre procedit in filium, & de filio procedit ad sanctificandam creaturam: sed simul de vtroque procedit. quamuis hoc filio pater dederit, vt sicut de se, ita etiam de illo procedat.

Cap. 27. ad principium.

*De temporali processione spiritus sancti specialiter agitur.*

De temporali autē processione, Beda in Homil. Dominice primæ post ascensionē ita loquitur. Cū gratia spiritus sancti datur hominibus, profecto mittitur spiritus à patre, mittitur & à filio: procedit à patre: pcedit & à filio: quia & eius missio est ipsa processio. His verbis aperte ostēdit, donationē gratiæ spiritus sancti dici processionē vel missionē eiusdem. Sed cū donatio vel datio non sit tēporalis, constat quia hæc processio siue missio tēporalis est. Hanc quoq; temporalem Spir. sancti processionē Aug. in 15. libr. de Trin. insinuat, dicēs: Spiritus sanctus processit à Christo, quādo post resurrectionem inflauit in discipulos, his verbis: Cum resurrexisset Christus à mortuis, & apparuisset discipulis,

Libro homiliarum ad Iustitiam. Homilia undecima. qua dominica Exaudi dicitur in principio.

Cap. 26. ad principium.

scipulis,



*Ioan. 20. f.*  
*Luc. 6. c.*  
*Ibid fere*  
*immediat.*

*Ioan. 20. f.*  
*Actor. 2. a*  
*Ibid. paulo*  
*superius.*

*August. ad*  
*principiū.*  
*cap. 26.*  
*Mat. 28. d.*  
*Actor. 2. a*

*Ambro. 10. 2.*  
*Es. 4. post*  
*medium.*  
*Psal. 103.*  
*Actor. 9. c.*

scipulis, insufflauit, & ait: Accipite Sp. sanctum ut etiam eum de se procedere ostenderet: & ipse est virtus quæ de illo exibat (ut legitur in Euangelio) & sanabat omnes. Et ut ostēderet hanc processio- nē spiritus sancti nō esse aliud quam donationem vel dationē ipsius spiritus sancti, addidit. Post re- surrectionē Domin⁹ Iesus bis dedit spiritum san- ctū: semel in terra propter dilectionē proximi, & iterū de cælo propter dilectionem Dei: quia per ip- sum donum diffunditur charitas in cordibus no- stris, qua diligimus Deum & proximum.

*Quod aliqui dicunt ipsum spiritum sanctum non dari, sed dona eius.*

SVNT autem aliqui qui dicunt spiritū sanctum ipsum Deū non dari, sed dona eius, quæ non sunt ipse spiritus: & ut aiunt, spiritus sanct⁹ dicitur da- ri cum gratia eius, quæ tamē nō est ipse qui datur hominibus. & hoc dicunt Bedam sensisse in supe- riorib⁹ verbis, quibus dicit spiritum sanctum p- cedere, cum ipsi⁹ gratia datur hominib⁹: tanquā non ipse detur, sed gratia eius. Sed q̄ ipse spiritus sanctus, qui Deus est, & tertia in Trin. persona, de- tur, aperte dicit Aug. in decimo quinto libro de Trin. ita dicēs: Eundem Sp. sanctum datum cū in- sufflasset Iesus, de quo mox ait: Ite, baptizate om- nes gentes in nomine Patris, & Filii, & Sp. sancti, ambigere nō debem⁹. Ipse est ergo qui etiā de cœ- lo datus est die Pentecostes. Quomodo ergo Deus nō est qui dat spiritum sanctum, imo quantus est Deus qui dat Deum? Ecce his verbis aperte dicit spiritum sanctum ipsum, scil. Deum dari homini- b⁹ à patre, & à filio. Et quod ipse spiritus sanctus, qui De⁹ est, ac tertia in Trin. persona, nobis detur, nostrisque infundatur atque illabatur mentib⁹, aperte ostendit Ambros. in lib. 1. de spiritu sancto dicens: Licet multi dicantur spiritus: quia legi- tur. Qui facit angelos suos spiritus: vnus est tamē

Dei

Dei  
li, &  
lecti  
quasi  
nim  
strin  
reru  
lium  
sum,  
stris.  
est, se  
biter  
prum  
stris  
cessi  
nitat  
sed q  
opul  
sing  
finit  
rator  
ad p  
infu  
sit qu  
Vnu  
cet se  
quod  
datu  
astru  
qual  
Dei  
tus e  
hom  
le do  
dia e  
ritus  
ritat